



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione  
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1767**

**VD18 90118286**

§. 23. Legatio Benedicti ad Bonifacium IX.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66281)

Sæcul. XV. quæstoribus, aut Inquisitoribus quicquam  
A.C. 1403. solvere, nec alias pecunias ad ærarium  
 Pontificis ratione beneficiorum vacan-  
 tium, spoliatorum, procurationum, decima-  
 rum, aut aliorum onerum, cujuscunque  
 nominis, ac naturæ forent, pendere ob-  
 strictos esse; Denique severissime prohi-  
 bet cunctis Archiepiscopis, Episcopis,  
 Abbatibus, Prioribus, Capitulis, Conven-  
 tibus, aliisque Personis Ecclesiasticis in  
 dignitate constitutis, ne præsentis huic  
 mandato quacunque ratione contraveni-  
 rent, illud infringerent, ei derogarent, aut  
 violare præsumerent. Hoc edictum pro-  
 diit die decima nona Decembris cur-  
 rente hoc anno, quod eo majorem Pon-  
 tifici indignationem creavit, quo amplio-  
 ri gaudio a Clero Gallicano exceptum est.

## §. XXIII.

*Legatio Benedicti ad Bonifa-  
cium IX.*

*Niem. de  
schism. l. 2.  
cap. 23.*

*Juven. Ur-  
sin. pag. 164.*

Nihilominus tamen Benedictus ad pro-  
 curandam Ecclesiæ pacem primum  
 semper simulabat animum, atque ut eo  
 certius pro redintegranda unione oppor-  
 tuna fovere consilia crederetur, ad Boni-  
 facium IX tunc Romæ residentem Epis-  
 copos, sancti Pontii, Malesinum, & Iler-  
 densem una cum aliis ablegat, eo fine  
 (ut

(ut inquiebat ipse & prout re ipsa Gallis Sæcul. XV.  
A.C. 1404. persuasum erat) ut Bonifacium ad pacem Ecclesiæ Pontificatus cessione restituendam inducere conarentur. Oratores isti anno millesimo quadringentesimo quarto mense Septembri ad finem vergente Romam ingrediuntur. Non erat, qui certissimum non haberet, hisce Legatis unice injunctum esse, ut Bonifacio abdicationis viam proponerent, cum & ipse Benedictus se vicissim Pontificiæ dignitati renuntiaturum ubique sparsisset. Verum, quo pacto ipsa ejus perfidia in proprium caput reciderit, totumque suum negotium ad pessimam reduxerit conditionem, mox palam nobis fiet.

## §. XXIV.

*Benedicti oratores minus benigne excepti.*

Postquam Benedicti Oratores Romæ advenierant, Bonifacius Papa illis aditum negabat, nisi prius fidem darent, se illi Pontificalia delaturos obsequia, eumque tanquam Papam veneraturos, qui quamvis ab initio nonnihil tergiversarentur, tandem, ne pacis negotio obstacula ponerent, Pontificis voluntati morem gesserunt. Legati ad colloquium a Bonifacio admissi ex parte Benedicti

*Hist. Eccles. Tom. XXV.*

C haud